

# ACV Fn 27 For Amedeus de Sabaudia, certain properties at Chavannes-sur-Moudon, compiled by Andreas de Solerio, 1459-1461.

*Abstracts prepared by John W. McCoy ([RealMac@aol.com](mailto:RealMac@aol.com)) © 2021.*

*This terrier has been digitized on [www.familysearch.org](http://www.familysearch.org): Image Group 101694808*

At some point, the volume was rebound incorrectly, so that the sections were collated in the wrong order (1-16v, then 57-120v, 17-56v, and finally 121-125v, which had the result of interrupting several reconnaissances). The analysis here restores the original order.

The terrier was compiled for Amedeus de Sabaudia (1435-1472) by Andreas de Solerio notarius publicus, although some sources seem to call him Anthonius de Solerio. Exactly what fief was involved is not clearly specified. However, the rents mentioned were generally to be paid to Spectabilis Dominus Johannes dominus de Blonay miles, tanquam heres et causam habens a quondam heredibus Domini Anthonii Cornuti de Vuilliens militis *racione pascuorum communitatis eorum*, and de Blonay in turn owed rents to the House of Savoie, “vigore quarundem pactionum dudum habitarum inter predecessores antefati domini nostri principis et prefatum Dominum Anthonii Cornuti”, referring to the preceding terrier (not identified further, apart from the fact that it was apparently compiled by Anthonius Champion) for details. Before that, there was an even earlier terrier compiled by **Aymo Mercerii**, which has very likely survived as **ACV Fn 5**, dated in 1379, see below on **fol. 10v**. Even earlier, the terrier formerly catalogued as Fn 3, now **Ab 6**, dating from 1358-1361, describes property subject to Guillaume de Namur and his wife Catherine de Savoie, formerly held by the late Dominus Anthonius Cornuti.

There are several documents concerning Anthonius Cornuti or Anthonius de Vuillens alias Cornuti at the ACV. There were two such man, the elder and the younger. Of Anthonius the elder, his daughter Marguereta left a testament dated 29 oct 1397, revealing that she was then the wife of Nicodus de Blonay (ACV PP 637 V/92/021). A Jean de Blonay was married to Catherine de Vuillens, grand-daughter of Anthonius de younger. There is also apparently another copy or another version of Fn 27 in the papers of the de Blonay family – this is very logical, given that the Blonay family collected part of the feudal rents for these properties – described as **ACV PP 637 V/11/1/063**, “Reconnaissances fragmentaires à Jean de Blonay, chevalier, et Antoine Cornuti, pour le prince de Savoie, de terres dans la région de Moudon, signé Antoine [presumably this is the same *Andreas* who compiled Fn 27!] de Solerio”, apparently undated, but estimated from the script to date from about 1450-1490, a scroll of four membranes of parchment; however, this “fragment” must, like Fn 27, concern the *heirs* of de Blonay and Cornuti, as the original Anthonius Cornuti was certainly long dead by 1459. The terrier of Anthonius Champion has not yet been located, unless it survives as a fragment somewhere in the vast collection of the papers of the de Blonay family (ACV PP 637).

Some of the history of Chavannes-sur-Moudon has come to light in the collections of the ACV. In particular, the question of when and how certain rights of the dîme at Chavannes-sur-Moudon

came into the de Prez family is revealed in the de Blonay collection, **PP 637 V/8/1/004 bis**, a sale by Guillaume de Blonay, châtelain de Vaulruz, et Mermette de Billens sa femme, en faveur de Richard de Prez, chevalier, of one-half of the dîmes collected in the territory of Chavannes-sur-Moudon, for the price of 120 livres of Lausanne, 04 jul 1336. This Richardus de Prez was the châtelain of Rue. Another item from the de Blonay collection is an undated terrier fragment, folios 13-28, for properties subject to Jean de Blonay at Chavannes-sur-Moudon, apparently from his tenure in Moudon, estimated to be about 1406-1445 (**PP 637 V/11/1/032**) – this item needs to be compared with Fn 27 as well as Fn 5, as it could turn out to be part of the missing terrier of Anthonius Champion. There are several other possible candidates among the terriers and other collections of the ACV, but too incompletely described to be certain about their contents.



1 Primo apud Chavanes (There is another section for Chavannes beginning on fol. 122v.)

1 Communitas ville de Chavannes supra Meldunum, 19 mar 1459 Style of the Nativity, coram me Andrea de Solerio notario publico curiarumque Illustrissimi Principis Domini Nostri Sabaudie etc. ducis jurato, commissarioque et receptore extenterum feudorum tam nobilium quam ruralium Illustrissimi Domini Nostri Domini Amedei de Sabaudia..., constituti personaliter Nobilis Humbertus Cerjat, Jacobus de Tecto, Roletus de Tecto, Petrus de Costel, Johannes de Costel alias Bellaz, Roletus Very, Glaudius Murisat omnes de villa de Chavanes suis et aliorum hominum franchorum et censitorum de Chavanes nominibus, et cum eis homines infrascripti liberi (i.e., with the above, the following free persons were also present), videlicet Francesia et Agnes filie quondam Johannis filii quondam Anthonii de Curia, Johannes Motet, Guillermus Rapit, Agnes uxor Johannis Chinaul Turris de Peilz prope Viviaccum, Johannes Pachy alias Vuespaz, et Anthonius de Costel alias Bellaz, (The distinction between these two groups of people seems to be that the first properly “belong” in Chavannes and represent any others of similar status, while the second group seem not to have this status.) (The name Chinaul is the French equivalent of Latin Canali, and both forms of the name are used in this terrier. There is the possibility of confusion between a [de, de la] Chinaul or Canali family, carpentors at Moudon, one of whom had married Agnes de Platea, and the other Chinaul family from the area around Morlens, likely source of the Johannes Chinaul of La Tour de Peil who had married Agnes Motet.)

1v Confitentur pro se et suis debere antefato domino nostro Pedemoncium principi et suis, ultra aliis usagia, videlicet viginti solidos Lausannenses novorum, quos nomine prefati domini nostri Pedemoncium principis solvunt et solvere consuevunt Spectabili Domino Johanne Domino de Blonay militi tanquam heredi et causam habenti a quondam heredibus Domini Anthonii Cornuti de Vuilliens militis racione pascuorum communitatis eorum, que pascua necnon recursus aquarum et itinerum confitentur se tenere a prefato domino nostro et suis imperpetuum, et que pascua per nos confessare in extenta recepta per quondam Anthonium Championis in tribus parcellis extiterunt confinata, et sunt mareschia seu marest ut in extenta

precedenti habetur, datum et actum Cabanis supra Meldunum in domo habitationis Nobilis Petri Cerjat, witnesses Nobilis Petrus Cerjat, Uldriodus Guilly clericus et burgensis Melduni, ac Vuilliermus et Nycodus de Tecto.

2     **Jacobus filius quondam Nycodi de Tecto** de dictis Cabanis, 10 feb 1459 (anno et indicione quibus supra), de bonis et recognicione dicti quondam Nycodi de Tecto eius patris,

2v     Videlicet, medietatem trium posarum terre partitarum cum Roleti de Tecto eius fratre sitam in territorio de Riombos juxta viam publicam a parte venti, terram Glaudii Murisat a parte boree, iter publicum a parte occidentali, et affrontat terre dicti Roleti de Tecto a parte orientali.

Item, circa dimidiam posam terre sitam ibidem juxta terram Johannis de Costel alias Bellaz a parte occidentali, affrontat terre dicti confitentis a parte orientali, [juxta] terram heredum Johannis de Mont a parte boree, et terram Humberti Cerjat a parte venti, pro quibus debere confitetur dictus confitens eidem domino nostro Pedemoncium principi et suis, videlicet sexdecim denarios cum obolo Lausannenses veterum census, quos nomini antefati domini nostri Pedemoncium principis solvit et solvere consuevit eidem Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ab heredibus quondam prefati Domini Anthonii Cornuti de Vuilliens annuatim in quolibet festo Sancti Andree Apostoli vigore quarundem pactionum dudum habitarum inter predecessores antefati domini nostri principis et prefatum dominum Anthonium Cornuti sub postestate pro parte ipsius domini nostri principis perpetuo redimendi sub certo precio in lictera inde de super hoc confectis mencionato ut in precedenti extenta videtur contineri.

3     Item magis, tenere confitetur a prefato domino nostro Pedemoncium principe et suis memoratis ut supra, de bonis et recognicione quondam Johannis Malley, unam posam terre sitam en les Byolieres juxta terram Nobilis Humberti Cerjat a parte occidentali, terram Roleti Very a parte orientali, affrontat terre Johannis Pachy a parte boree, et terre Johannis de Costergio (=de Costel) alias Bellaz a parte venti, pro qua debere confitetur idem confitens prefato domino nostro principi et suis memoratis ex equancia per probos homines in presenti extenta facta, videlicet decem octo denarios veteres quos nomine prefati domini nostri principis solvit et solvere consuevit annuatim termino predicto eidem Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti a quondam heredibus prefati Domini Anthonii Cornuti ut in eadem precedenti extenta fit mencio.

Item magis, tenere confitetur idem confitens a prefato domino nostro principe ut supra de bonis et recognitione predicti, videlicet unam posam terre sitam ouz Perroux juxta viam publicam a parte orientali, terram heredum Johannis de Curia a parte occidentali, terram Johannete uxoris Johannis Servion a parte boree, et terram Guilliermi Rapit et plurium aliorum a parte venti.

Item, medietatem unius pose terre divise cum Roleto [de Tecto] eius fratre sitam in Plano juxta terram heredum Johannis de Curia a parte occidentali, pratum dictorum heredum et Guilliermi Rapit a parte orientali, affrontat terre Petri de Costel a parte boree, et terre Roleti de Tecto predicti a parte venti, pro quibus rebus ultimo limitatis dictus confitens debere confitetur

eidem domino nostro Pedemoncium principi et suis memoratis, videlicet unum denarium Lausannensem veterum census, quem nomine prefati domini nostri principis ultra alios census pro ipsis rebus ultimo limitatis domino nostro prefato debitos solvit et solvere consuevit eidem Domino Johanni de Blonay tanquam causam habenti ut supra annuatim in quolibet festo Sancti Andree Apostoli predicto, datum et actum in domo habitationis dicti Jacobi de Tecto confitentis, witnesses Nobilis Petrus Cerjat, Roletus et Vuilliermus de Tecto ac Humbertus Aguex alias Moctet de dictis Cabanis.

4     **Roletus filius quondam Nicodi de Tecto** de dictis Cabanis, 12 feb 1459 (anno et indictione quibus supra), de bonis et recognicione quondam dicti Nycodi de Tecto eius patris,

Videlicet, medietatem trium posarum terre sitarum in territorio de Ryombos juxta carreriam publicam a parte venti, terram nobilis Humberti Cerjat a parte boree, et terram dicti Jacobi de Tecto eius fratre a partibus orientali et occidentali.

Item, loco dicto subtus Byolles unam bonam posam terre juxta terram Roleti Very a parte orientali, terram dicti confitentis et Humberti Cerjat a parte boree, et terram dicti Jaqueti de Tecto a parte venti, pro quibus rebus prelimitatis dictus confitens debere confitetur prefato domino nostro Pedemoncium principi et suis memoratis tres solidos et quatuor denarios Lausannenses veterum, quos nomine eiusdem domini nostri principis solvere consuevit prefato Domino Johanni de Blonay tanquam causam habenti ut supra ab heredibus quondam Domini Anthonii Cornuti annuatim in quolibet festo Sancti Andree Apostoli predicto vigore pactionum prescriptarum ut in extenta precedenti fit mencio.

4v     Item magis, tenet ut supra de bonis et recognicione quondam Anthonii Carrel, videlicet medietatem nemoris sui de Ryonbos partitem ? cum dicto Jacobo de Tecto eius fratre quod nemus continet circa septem posas juxta nemus Roleti Very a parte occidentali, terram heredum Johannis de Curia a parte orientali, nemus Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a borea, et terram Johannis de Costel alias Bellaz a parte venti, pro qua medietate dictus confitens debere confitetur eidem domino nostro et suis unum denarium Lausannensem novorum (should be novum, singular), et prefato Domino Johanni de Blonay tanquam causam habenti ut supra unum obolum dicte monete annuatim termino predicto ut supra proxime solvendum, witnesses Nobilis Petrus Cerjat, Jacobus et Nycodus de Tecto.

5     **Francesia uxor Nicodi filii Jacobi de Tecto et Agnes uxor Nicodi Escofferii clerici de Melduno filiarum quondam Johannis de Curia** dicti loci de Cabanis, 10 feb 1459 (anno et indictione quibus supra), pro indiviso inter ipsas, res et possessiones infrascriptas sibi ex successione legitima dicti Johannis de Curia earum patris deventas,

Et primo, domum ipsarum sitam in villa de Chavanes juxta casale domus Johannis Pachy alias Vuespaz a vento, iter publicum ab occidentali parte, ochiam dictarum confitencium a parte orientali, et domum Guilliermi Rapit a parte boree.

5v     Item, unam peciam terre continentem dimidiad posam sitam in territorio de Bovanens ? juxta terram Petri de Costergio a parte boree, terram dictarum confitencium a parte venti, et terram Jaqueti Malley burgensis Melduni a parte orientali, pro qua debere confitetur

eidem domino nostro principi et suis memoratis decem octo denarios veteres de redditu annuali quos pro ipso domino nostro principe solvere solitus est Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ut supra annuatim termino predicto.

Item magis, tenere confitetur dicte sorores a prefato domino nostro principe et suis ut supra de bonis predictis, videlicet unam ochiam continentem dimidiā falcatam juxta ochiam Jacobi Pini clericī Melduni a parte orientali, iter publicum a parte boree, cultille (=curtile) Glaudii Murisat a parte occidentali, et clausum Anthonii de Costel a parte venti.

Item, in Planchia de Chanoz unam falcatam prati juxta pratū Jacobi de Tecto a parte boree, pratū Johannis Motet a parte venti, pratū Roleti Very a parte orientali, et pratū Humberti Cerjat a parte occidentali.

Item, unam seyturatam prati sitam loco dicto en les Vernes juxta pratū Guilliermi Rapit a parte boree, pratū Glaudii Murisat et Jacobi de Tecto a parte venti, pratū Petri de Costel a parte orientali, et pratū dicti Humberti Cerjat et plurium aliorum a parte occidentali.

Item, unam falcatam prati sitam en Volotyer juxta terram Johannis Motet a partibus orientali et occidentali, pratū Roleti Very a parte boree, et pratū Guilliermi Rapit a parte venti.

6 Item, loco dicto en Chavanyoles dimidiā seyturatam prati juxta pratū Nobilis Humberti Cerjat a parte venti, pratū Johannis Motet a parte boree, pratū Guilliermi Rapit a parte orientali, et pratū dicti Humberti Cerjat a parte occidentali.

Item, es Chintres de Plan unum morsellum prati juxta pratū Guilliermi Rapit a parte boree, pratū Johannis Motet a parte venti, pascua communia de Chavanes a parte orientali, et terram dicti Jacobi de Tecto a parte occidentali.

Item, unam falcatam prati sitam en Chesaul juxta pratū Johannis de Costel alias Bellaz a parte occidentali, pratū dictarum confitencium et dicti Jacobi de Tecto a parte orientali, pratū Roleti Very a parte boree, et terram Glaudii Murisat a parte venti, pro quibus rebus et possessionibus ultimo limitatis dicte confitentes pro se et suis debere confitentur antefato domino nostro principi et suis, videlicet decem novem denarios Lausannenses novorum census annuatim termino supra proxime scripto de quibus solvunt et solvere consuevunt eidem Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti a prefato Domino Anthonio Cornuti de Vuilliens seniore ut in extenta precedenti habetur.

Item magis, tenent ut supra de bonis et recognicione quondam Johannis Malley, videlicet medietatem quartę partis unius falcate prati site in Planchia du Chanoz indivise cum Johanne Motet juxta pratū Roleti Very a parte orientali, terram ecclesie de Mollens a parte boree, et terram Roleti Very a parte occidentali, pro qua debere confitentur eidem domino nostro principi et suis memoratis unum obolum Lausannensem veterum et prefato Domino Johanni de Blonay tanquam causam habenti ut supra unum alium obolum dicte monete annuatim termino predicto persolvendos, et hoc vigore pactionum predictarum, witnesses Petrus Cerjat domicellus, Jacobus et Roletus de Tecto fratres de dictis Cabanis.

6v      **Petrus de Costel** de Chavanes, 03 feb 1459 (anno et indicione premissis), de bonis et recognicione quondam Jaquete filie Girardi de Costel, quandam domum suam in villa de Chavanes juxta domum Roleti Very a parte boree, domum dicti confitentis a parte venti, ochiam Roleti Very a parte posteriori, et carreriam publicam a parte anteriori, pro qua debere confitetur eidem domino nostro principi et suis ex equancia per probos homines in presenti extenta facta, videlicet sexdecim denarios Lausannenses novorum quos solvere consuevit prefato Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ab heredibus quondam Domini Anthonii Cornuti annuatim termino predicto.

7      Item magis, tenere confitetur dictus confitens a prefato domino nostro principe et suis ut supra de bonis quondam Nicodi Very et Anthonii Carrelli, videlicet duas partes unius pose terre site en laz Ryaz juxta terram Nobilis Humberti Cerjat a parte boree, terram Roleti de Tecto a parte venti, terram Domini Humberti Cerjat a parte occidentali, et terram Roleti Very a parte orientali.

Item, en Crochet unam posam terre juxta terram Roleti Very a parte occidentali, terram Jacobi de Tecto a parte orientali, et terram Johannis Motet a partibus boree et venti, pro quibus rebus ultimo limitatis dictus confitens debere confitetur eidem domino nostro principi et suis memoratis ex equancia ut supra facta, videlicet quatuor denarios Lausannenses novorum census de quibus solvit et solvere consuevit prefato Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ut supra, videlicet unum denarium annuatim termino predicto, actum apud Chavanes supra Meldunum in domo habitacionis Jacobi de Tecto, witnesses Petrus Cerjat, Jacobus de Tecto, et Anthonius Carrelli, no signature or paraphe.

7v      **Johannes Milliet alias Moctet**, 03 feb 1459 (anno et indicione premissis), res et possessiones infrascriptas sibi ex successione quondam Jaquete filie quondam Perrodi Motet de Chavanes dicti confitentis matris ? (very uncertain, possibly intended as mris with a general abbreviation mark at the end) ut asserit deventis et pridem per quondam Petrum filium quondam Johannodi Girodi in precedenti extenta recognitis,

8      Et primo, medietatem duarum posarum terre sitarum in territorio de Volotyer juxta aliam medietatem dictarum duarum posarum terre quam tenet *Agnes uxor Johannis Chinaul* a parte boree, terram liberorum Anthonii de Curia a parte occidentali, pratum Roleti Very a parte orientali, planchiam dicti confitentis a parte venti.

Item, quartum partem unius pecie terre sive planchie et nemoris continentis duas posas site in territorio de la Toffery ? juxta nemus eiusdem domini nostri principis a parte occidentali, nemus hospitalis Melduni a partibus orientali et boree, et planchiam Petri de Costel a parte venti.

Item, tres partes quinta partis unius seytorate prati site en Volotyer juxta pratum dicti confitentis ex una parte (=borea) et partium liberorum quondam Johannisi de Curia a partibus orientali, occidentali, et venti. (In later records, there are several references that imply a previous division into five parts, and a later division of one of those five parts into four parts.)

8v      Item, ibidem sextam partem unius pose terre juxta nemus domini a partibus occidentali et boree, pratum dicti confitentis supra proxime limitatum a parte orientali, et quandam planchiam dicti confitentis a parte venti.

Item, quintam partem pro indiviso cum Glaudio Murisat unius pecie prati continentis circa unam seyturatam prati sitam loco dicto en Praz Dyn juxta pratum Roleti Very a partibus occidentali et venti, pratum Johannis de Costel alias Bella a parte boree, pratum dictorum Glaudii Murisat et Roleti Very a parte orientali.

Item, tres partes quinta partis unius pecie prati continentis unam falcatam prati partitis cum Agnete predicta site in Plano du Chanoz juxta pratum liberorum quondam Johannis de Curia a parte occidentali, pratum dicti confitentis a partibus orientali et venti, et pratum Humberti Cerjat a parte boree.

Item, tres partes quinta partis unius pecie prati continentis dimidiatam falcatam site subtus Chavanières ? juxta pratum dicti confitentis a parte orientali, pratum dicti Humberti a parte occidentali, pratum Glaudii Murisat a parte boree, et pratum Jacobi de Tecto et plurium aliorum a parte venti.

Item, tres partes quinta partis unius falcatae prati site en Aggreniers ? juxta pratum liberorum quondam Johannis de Curia a parte orientali, pratum dicti confitentis a partibus occidentali et venti, et pratum dicti Humberti Cerjat a parte boree.

9      Item, tres partes quinta partis unius ochie continentis unam fosseratam sitam en Chavanières juxta pratum dicti confitentis superius, pratum Guilliermi Rapit a parte venti, pratum dicti Humberti Cerjat inferius a parte orientali, et pratum Johannis de Costel alias Bella a parte boree.

Item, tres partes quinta partis unius morselli prati site in territorio subtus Benyery juxta pratum Glaudii Murisat a parte orientali, pratum Roleti Very et plurium aliorum a parte occidentali, pratum Johannis Pachy alias Vuespaz a parte boree, pratum Roleti Very a parte venti.

Item, tres partes quarte partis trium posarum nemoris sitarum in Rotundo Nemore juxta nemus hospitalis Melduni a parte boree, nemus dicti confitentis a partibus venti et orientali, et terram dicti confitentis a parte occidentali, pro quibus rebus et possessionibus prelimitatis dictus confitens pro se et suis debere confitentur eidem domino nostro Pedemoncium principi et suis memoratis quatuor denarios cum obolo Lausannenses novorum quos nomine prefati domini nostri principis Pedemoncium solvit et solvere consuevit eidem Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ab heredibus quondam Domini Anthonii Cornuti militis annuatim in quolibet festo Sancti Andree Apostoli vigore dictarum pactionum habentarum inter recolendi memorie Dominum Ludovicum de Sabaudia dominum Vaudi et prefatum Dominum Anthonium [Cornuti] sub potestate pro parte ipsius domini nostri principis imperpetuum redimendi ut in licteris a dicto domino Ludovico emenatis ? continetur, et prout in precedenti extenta videtur contineri. (Can any of the transactions between Ludovicus de Sabaudia and Dominus Anthonius Cornuti, miles, de Vulliens be located? Copies could have ended up in several repositories.)

9v      Item magis, tenet ut supra dictus confitens de dictis bonis, res infrascriptas partitas et divisas *cum Agneta filia sua predicta*,

Et primo, tres partes trium posarum terre sitam en Volotyer juxta pratum dicti confitentis a parte orientali, pratum Roleti Very a parte occidentali, terram dicti confitentis a parte venti, et affrontat nemori hospitalis Melduni a parte boree.

Item, tres partes duarum falcatarum prati sitarum en Volotyer juxta pratum dicti confitentis a parte occidentali, terram dicti confitentis a partibus orientali et boree, et pratum ecclesie de Mollens (=Morlens) a parte venti.

Item, tres partes unius planchie continentis terciam partem unius pose site ibidem juxta pratum dicti confitentis supraconfinatum a parte occidentali, terram Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte orientali, pratum ecclesie de Mollens quod solet esse terra a parte venti, et affrontat terre dicti confitentis a parte boree, pro quibus rebus ultimo limitatis dictus Johannes Motet confitens pro se et suis debere confitetur eidem domino nostro principi et suis etc. duos solidos et tres denarios Lausannenses novorum qui solvuntur annuatim termino predicto pro prefato domino nostro Pedemoncium principe eidem Domini Johannis de Blonay militi tanquam causam habenti a dicto quondam Domino Anthonio Cornuti ut in extenta precedenti fit mencio.

Item magis, tenere confitetur dictus Johannes Motet confitens a prefato domino nostro Pedemoncium principe et suis memoratis ut supra, res et possessiones infrascriptas partitas et divisas cum dicta Agneta eius filia, et que eidem confitenti evenerunt ? ut asserit ex successione legitima sibi per mortem quondam Anthonii filii quondam Alberti Motet avunculi sui materni deventa,

Et primo, en Chamavyoleta ? tres partes dimidie pose terre juxta terram Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte boree, terram Petri de Costergio a parte venti, pratum Humberti Cerjat a parte orientali, et affrontat clauso Roleti Very a parte occidentali.

Item, ibidem tres partes quarte partis unius pose terre juxta terram Petri de Costel a parte occidentali, pratum dicti Nobilis Humberti Cerjat a parte orientali, terram dicti confitentis a parte boree, et iter publicum a parte venti.

10v      Item, tres partes unius ochie continentis unam fosseratam divisam ut supra sitam apud Chavanes juxta domum dicti confitentis a parte venti, ochiam Johannete uxoris Johannis de Servion a parte boree, iter publicum a parte occidentali, et clausum Roleti de Tecto a parte orientali.

Item, en Fornez tres partes unius pose terre partite ut supra juxta terram liberorum quondam Johannis de Curia a parte venti, terram ecclesie de Mollens a parte boree, terram Johannis Pachy alias Vuespaz a parte occidentali, et affrontat terre Petri de Costel a parte orientali.

Item, tres partes unius morselli parti partiti ut supra siti in Planchia de Chanoz juxta pratum ecclesie de Mollens quod solet esse terra a parte occidentali, pratum Roleti Very et plurium aliorum a parte orientali, pratum Glaudii Murisat a parte boree, et achinrat (=affrontat) prato dicti Roleti Very a parte venti.

Item, unum morsellum prati situm es Allues continentem quartam partem unius fosserate juxta suos limites veteres, videlicet juxta terram Nycodi Very ex occidente, terram dicti confitentis ex oriente, et pratum Uldrici de Curia et Anthonii Carrelli ab oriente. (The “old limits” or boundaries here may be a direct quotation or at least a paraphrase from the old terrier of Anthonius Champion, naming the previous tenants of the adjoining parcels, presumably due to uncertainty about the exact location of this parcel and thus of their current tenants.)

Item, secundum extentum receptum per quondam Aymonem Mercerii (here indicating the existence of another previous terrier), idem confitens tenet quartum partem unius morselli nemoris siti en Ryombos juxta nemus hospitalis Melduni a parte boree, iter publicum a parte orientali, et nemus liberorum quondam Johannis de Curia a parte occidentali. (At least one terrier is known from an Aymo Mercerii, a notary from Cluse, in the diocese of Geneva, Fh 70, a rotulus dated in 1357 for Noble Guilliermus de la Baulma, Baron of Aubonne. The same (?) “Aymonetus” Mercerii of Cluses was also the commissaire for **Fn 5**, dated in 1379, for Amedeus VI de Sabaudia, the Comte Vert, for property at Chavannes etc., very likely the same fiefs enumerated here in Fn 27, 52 folios, evidently a copy prepared by Jacobus Columbi some time later, perhaps contemporary with the binding, a parchment from 1395. Thus, Fn 5 appears to have been a direct predecessor of Fn 27.)

11 Item, en Chavanyolles tres partes unius morselli prati divisi ut supra juxta pratum dicti confitentis et suorum condivisorum a parte (should be partibus) venti et occidentali, pratum liberorum quondam Johannis de Curia a parte boree, et pratum Guilliermi Rapit a parte orientali, pro quibus rebus ultimo limitatis confitens pro se et suis debere confitetur prefato domino nostro principi et suis tres partes decem denariorum cum obolo Lausannencium, et prefato Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ut supra tres partes trium denariorum et poysia Lausannencium veteranum annuatim termino predicto ut supra solvendorum vigore pactionum supramentionatorum ut in veteri extenta cavetur.

Item magis, tenere confitetur dictus Johanns Motet confitens a prefato domino nostro ut supra de dictis bonis, videlicet quandam domum sitam in villa de Chavanes juxta domum ipsius confitentis a parte boree, domum dicte Agnetis eius filie que fuit quondam Johannis Girodi a parte venti, cum quadam cultina ante domum existente, juxta ochiam dicti confitentis et dicte Agnetis a parte occidentali.

Item, unum cultille situm ibidem juxta ccarreriam publicam a partibus orientali et boree, terram Roleti Very a parte occidentali, et cultille dicti confitentis a parte venti.

Item, es Allues juxta suos veteres fines unam fosseratam prati juxta pratum dicti confitentis a parte occidentali, pratum Clemence filie Johannis Herbaz a parte orientali, pratum Uldrici de Curia a parte venti. (Another paraphrase of a previous terrier ?)

Item, unam peciolam prati sitam en Secherex ? juxta pratum Glaudii Murisat a parte orientali, pratum Roleti Very a parte occidentali, pratum Johannis Pachy alias Vuespaz a parte boree, et pratum Roleti Very et plurium aliorum a parte venti.

Item, unam posam terre sitam en Bovanens ? juxta terram Guilliermi Rapit a parte boree, terram dicti confitentis a partibus venti, [et] orientali, et terram Guilliermi Rapit a parte occidentali.

Item, tres partes unius pecie terre partite ut supra site es Byolles juxta terram liberorum quondam Johannis de Curia a parte orientali, terram Jaqueti Malley a parte occidentali, et terram Petri de Costel a parte boree.

Item, tres partes unius pecie terre continentis duas partes unius pose terre site supra Montem juxta terram heredum quondam Anthonii Carrelli a parte orientali, et viam publicam qua itur apud Mollens a parte venti.

Item, dimidiam posam terre sitam en Plan juxta terram dicti confitentis a parte occidentali, terram Glaudii Murisat a parte orientali, viam publicam a parte venti, et terram Petri de Costel a parte boree.

Item, loco dicto Destanno ? seu es Chintres de Plan tres partes medietatis dimidie seyturate prati divisi ut supra juxta pascua communia a parte orientali, terram Jacobi et Roleti de Tecto fratum a parte occidentali, pratum liberorum dicti quondam Johannis de Curia a parte boree, et carreriam publicam a parte venti.

12 Item, unam posam terre sitam Durel juxta terram Jacobi de Tecto a parte boree, terram liberorum [Johannis ?] de Curia a parte venti, iter publicum a parte occidentali, et terram Johannis Pachy alias Vuespaz a parte orientali.

Item, dimidiam posam terre sitam en laz Combetaz juxta terram Johannete uxoris Johannis de Servion de Melduno a parte boree, terram liberorum [Johannis ?] de Curia a parte venti, terram dicti confitentis a parte orientali, et terram Roleti de Tecto a parte occidentali.

Item, supra Fayam duas partes unius pose terre juxta terram Johannete uxoris Johannis de Servion predicti a parte orientali, terram Jacoby Pyn clericu Melduni a parte occidentali, nemus prefati domini nostri principis a parte boree, et terram liberorum [Johannis ?] de Curia a parte venti.

Item, dimidiam posam terre sitam en Champs Martin juxta terram liberorum quondam Johannis de Curia a parte boree, pratum Humberti Cerjat a parte orientali, nemus domini a parte occidentali, et terram Johannis Motet a parte venti.

Item, dimidiam posam terre cum prato ibidem sitam loco dicto en Volotyer juxta terram dictorum liberorum [Johannis] de Curia a parte occidentali, terram dicti confitentis a partibus orientali et boree, et terram Glaudii Murisat a parte venti.

12v Item, medietatem duarum posarum nemoris sitarum in territorio de Lessert juxta nemus dicti confitentis a parte boree, et terram seu nemus Glaudii Girodi a parte venti, alias limites ignorat.

Item, tres partes medietatis unius pose terre site ibidem divise ut supra juxta nemus proxime supralimitatum ex oriente, terram dictorum liberorum [Johannis] de Curia a parte occidentali, terram Petri de Costel a parte venti, et nemus dicti confitentis a parte boree.

Item, tres partes duarum posarum terre sitarum en Volotyer in duabus peciis partitis ut supra, quarum Prima est juxta nemus dicti confitentis a parte orientali, terram dicti confitentis a parte occidentali, nemus hospitalis Melduni a parte boree, et affrontat terre dicti Guilliermi Rapit a parte venti, que terra est reducta ad nemus, Aliam vero peciam tenet dicta Agnes.

Item, tres partes medietatis unius seyturate prati site en Chesaule divise ut supra juxta pratum Johannis de Costel a parte occidentali, pratum liberorum quondam Johannis de Curia a parte orientali, pratum Johannis de Costel alias Bellaz quod solet esse nemus a parte boree, et pratum liberorum quondam Johannis de Curia a parte venti.

Item, medietatem unius pecie prati partite ut supra continentem unam falcatam prati sitam en Aggrenens ? juxta pratum Petri de Costel a parte venti, pratum dicte Agnetis a parte boree, pratum dictorum liberorum [Johannis] de Curia a parte orientali, et pratum dictorum Humberti Cerjat et Petri de Costel a parte venti.

13 Item, tres partes medietatis unius morselli ochie seu prati partiti ut supra continent duas fosseratas siti in Cheneveres ? juxta pratum dicti Humberti Cerjat a parte venti, pratum dicte Agnetis a parte boree, pratum Johannis Paschy alias Vuespaz a parte orientali, et pratum dicti confitentis et Glaudii Murisat a parte occidentali.

Item, tres partes medietatis unius peciole prati site en Vacyour ? alias Grisaleir ? continentis dimidiam seyturatam partite ut supra juxta pratum dicte Agnetis a parte venti, viam publicam a parte boree, pratum seu clausum Roleti Very a parte orientali, et pratum Guilliermi Rapit a parte occidentali.

Item, tres partes medietatis unius pecie prati continentis circa dimidiam falcatam partite ut supra site en Chavanyoles juxta pratum ecclesie de Mollens a parte venti, terram Johannis Pachy a parte boree, terram Roleti Very a parte orientali, et clausum Rodulphy Very a parte occidentali, et est sciendum quod dictum pratum partitur ad rubat cum dictis Humberto Cerjat et Petro de Costel.

Item, tres partes medietatis unius pecie prati continentis duas falcatas prati divise cum dicta Agnete ut supra site in territorio de Volotyer juxta terram ecclesie de Mollens a parte venti, pratum liberorum dicti quondam Johannis de Curia a parte boree, terram dicti confitentis a parte orientali, et pratum dicti confitentis a parte occidentali.

13v Item, tres partes medietatis unius pecie prati continentis quartum unius seyturate prati partite ut supra site en Volotyer juxta pratum Petri de Costel a parte venti, pratum Johannete

uxoris Johannis de Servion a parte boree, terram dicti confitentis a parte orientali, et terram dicte Agnetis a parte occidentali.

Item, in Maresco de Plano jus suum plurium particularum minutarum prati pro indiviso cum suis parcientibus ?

Item, tres partes medietatis quarte partis cum suis aliis pareriis ? nemorum sui de Ryombos divisorum ? ut supra.

Item, dimidiam posam terre sitam en Volotyer juxta terram dicti confitentis ex omnibus partibus.

Item, tres partes medietatis dimidie falcate prati site ibidem divise ut supra juxta terram dicti confitentis a partibus orientali et occidentali, pratum ecclesie de Mollens a parte venti, et pratum dicti confitentis a parte boree.

Item, tres partes dimidie falcate prati partite ut supra site in Planchia du Chanoz juxta pratum dicte Agnetis a parte orientali, pratum dicti confitentis a parte occidentali, pratum Roleti Very a parte venti, et pratum Johannis Pachy alias Vuespaz a parte boree.

Item, tres parte dimidie falcate prati site en Praz Dyn partite ut supra que tres partes dividitur in duabus peciis, quarum Prima sita est juxta pratum Roleti Very a parte orientali, pratum dicte Agnetis a parte occidentali, pratum dicti Roleti Very a parte venti, et pratum Roleti Very et Glaudii Murisat ex parte boree, Alia sita est ibidem juxta pratum dicte Agnetis a parte orientali, pratum dictorum confitentis et Glaudii Murisat a parte occidentali, et pratum Roleti Very a partibus venti et boree.

14 Item, unam posam terre sitam in territorio de Bertret juxta terram dicti confitentis a partibus orientali et occidentali, terram Roleti de Tecto a parte venti, et terram Johannis de Costel a parte boree.

Item, unam posam terre sitam en Byolles juxta terram dicte Agnetis a parte orientali, terram Jacobi Pyn de Melduno a parte occidentali, terram Guilliermi Rapit a parte venti, et terram Petri de Costel a parte boree.

Item, tres partes medietatis unius falcate prati cum dimidia site en Chavanyolles divise ut supra juxta pratum dictorum liberorum [Johannis] de Curia a parte orientali, pratum Johannis de Costel alias Bella a parte venti, pratum ecclesie de Mollens a parte boree, et achinrat (=affrontat) prato Roleti de Tecto a parte occidentali, pro quibus rebus et possessionibus ultimo limitatis dictus Johannes confitens pro se et suis debere confitetur prefato domino nostro principi et suis tres partes quinque solidorum et oboli cum poysia Lausannencium novorum solvi solitis prefato Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti a quondam Domino Anthonio Cornuti ut supra annuatim termino predicto.

Item magis, tenere confitetur dictus confitens a prefato domino nostro Pedemoncium principe et suis memoratis de bonis et recognicione quondam Johannis Malley de Chavanes

unam posam cum dimidia terre sitam en Bovanens ? juxta communia dicte ville a parte venti, terram dicte confitentis a partibus boree et orientali, et terram liberorum dicti quondam Johannis de Curia a parte occidentali, pro qua debere confitetur dictus confitens eidem domino nostro et suis duos solidos Lausannenses veteres, quos nomine prefati domini nostri solvit et solvere consuevit prefato Domino Johanni de Blonay militi tanquam causam habenti ut supra annuatim termino predicto ut in extenta precedenti fit mencio.

14v Item, medietatem quarte partis unius seyturate prati site in Plano du Chanoz pro indiviso cum dictis liberis [Johannis] de Curia juxta pratum Roleti Very a parte orientali, terram ecclesie de Mollens a parte boree, terram dicti Roleti Very a parte venti, et pratum dicti Humberti Cerjat a parte occidentali, pro qua medietate debere confitetur dictus confitens eidem domino nostro principi et suis unum obolum Lausannensem veterum, et prefato Domino Johanni de Blonay tanquam causam habenti ut supra unum alium obolum dicte monete annuatim termino predicto ut supra solvendum.

Item magis, tenere confitetur dictus Johannes Motet confitens a prefato domino nostro ut supra, res et possessiones infrascriptas per ipsum alias in precedenti extenta recognitas,

Et primo, domum suam sitam in villa de Chananes juxta domum ipsius confitentis a parte venti, vigultum dicti confitentis a parte boree, domum Roleti de Tecto a parte orientali, cum cultina eiusdem ibidem existente.

15 Item, unam ochiam continentem dimidiad fosseratam sitam ibidem juxta ochiam dicti confitentis a parte boree, ochiam Agnetis uxoris Johannis de Chinaul predicte a vento, terram Roleti Very a parte occidentali, et cultinam dicti confitentis a parte orientali.

Item, tres partes unius ochie continentis unam fosseratam divise cum dicta Agneta site in territorio de Crosa juxta viam publicam de Crosa a parte orientali, ochiam dicte Agnetis a parte occidentali, iter publicum a parte boree, et ochiam dicte Humberti Cerjat a parte venti.

Item, duas posas terre sitas en Bovanens ? juxta terram Guilliermi Rapit a parte boree, terram Petri de Costel a parte venti, terram dicti confitentis a parte orientali, et terram liberorum [Johannis] de Curia a parte occidentali.

Item, loco dicto en Combetaz dimidiad posam terre juxta terram Johannete uxoris Johannis de Servion a parte boree, terram liberorum [Johannis] de Curia a parte venti, iter publicum a parte orientali, et terram dicti confitentis a parte occidentali.

Item, dimidiad posam terre sitam en Fornel ? juxta terram dicti confitentis a parte venti, terram Guilliermi Rapit a parte boree, terram Johannis Paschy alias Vuespaz a parte occidentali, et terram Roleti de Tecto a parte orientali.

Item, en Volotyer duas posas terre juxta terram dicte Agnetis ab oriente et occidente, nemus hospitalis Melduni a parte boree, et terram dicti confitentis a parte venti.

Item, in Campo Martin dimidiam posam terre juxta terram dicti confitentis a parte boree, iter publicum a parte venti, pratum Mermeti Dymyerre a parte orientali, et nemus domini a parte occidentali.

15v Item, es Allues secundum suos veteres limites medietatem dimidie fosserate ochie juxta pratum dicti Motet a parte occidentali, et pratum Anthonii de Curia a parte orientali.

Item, tres partes medietatis dimidie planchie continentis dimidiam falcatam site in Planchia du Chanoz juxta pratum dicti confitentis a parte occidentali, pratum Petri de Costel a parte orientali, pratum Roleti Very a parte venti, et pratum Johannis Pachy a parte boree.

Item, tres partes medietatis dimidie falcate prati partite ut supra site en Praz Dyn juxta pratum dicti confitentis a parte boree, et pratum Roleti Very a partibus venti, orientali, et occidentali.

Item, tres partes medietatis duarum fosseratarum terre seu ochie partitarum ? ut supra sitarum in Chaneveriis ? (strokes over both i's – i.e., =Cheneveres ?) juxta pratum Humberti Cerjat a parte venti, pratum Johannis Pachy a partibus boree et orientali, et pratum Glaudii Murisat a parte occidentali.

Item, tres partes medietatis unius morselli prati continentis medietatem unius falcate prati vel circa partite ut supra site in Grisale juxta pratum Roleti de Tecto a parte occidentali, pratum Roleti Very a parte orientali, viam publicam a parte boree, et pratum Guilliermi Rapit a parte venti.

Item, medietatem unius pecie prati continentis tres partes unius seytorate prati site in territorio de Chavagnyoles juxta pratum liberorum quondam Johannis de Curia a parte orientali, pratum dicti confitentis et suorum compartionariorum a partibus occidentali et venti, et pratum ecclesie de Mollens a parte boree.

16 Item, tres partes medietatis dimidie planchie continentis duas partes dimidie pose juxta viam publicam et terram Johannis Pachy a parte boree, terram ecclesia [de Mollens] a parte venti, et terram Roleti et Rodulphi Very (proving that these are two distinct persons) a partibus orientali et occidentali.

Item, tres partes medietatis unius planchie continentis quartam partem unius falcate prati site es Chintres de Plan juxta terram Jacobi et Roleti de Tecto a partibus (probably altered to parte) occidentali, pascua communia a parte orientali, pratum liberorum [Johannis] de Curia a parte boree, et carriera publicam a parte venti.

Item, tres partes medietatis unius pecie terre continentis duas partes unius pose terre site in territorio subtus Byolles juxta terram liberorum quondam Johannis de Curia a parte orientali, terram Jaqueti Malley a parte occidentali, terram Roleti Very a parte boree, et terram Petri de Costel a parte venti.

Item, tres partes medietatis unius falcate prati site en Volotyer juxta pratum dicti confitentis a partibus boree, orientali, et occidentali, et pratum ecclesie de Mollens a parte venti.

Item, tres partes dimidie pose terre site in territorio de Volotyer juxta terram dicti confitentis a partibus orientali, occidentali, et boree, et terram ecclesie de Mollens a parte venti.

Item, tres partes medietatis unius pecie prati continentis quartam partem unius falcate prati site ibidem juxta pratum Johannete uxoris Johannis de Servion a borea, pratum Petri de Costel a vento, terram dicti confitentis ab oriente, rivum de Volotyer ab occidente.

16v Item, dimidiem posam terre sitam en Volotyer juxta terram ipsius confitentis ex omnibus partibus.

Item, tres partes medietatis unius pecie prati continentis dimidiem falcatam site ouz Melleir de Volotyer juxta pratum dicti confitentis a partibus orientali, occidentali, et boree, et pratum ecclesie de Mollens a parte venti.

Item, tres partes medii medietatis unius pecie nemoris site Ryombos juxta suos confines.

Item, in territorio de Essert tres partes medietatis duarum posarum terre juxta terram dicti confitentis a parte boree, et terram seu nenus Johannis de Costel alias Bellaz a parte venti, alias limites ignorat.

